Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35135
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Omnipotens et misericors deus ecce accedo ad sacramentum corporis et sanguinis vnigeniti filij tui dñi nostri ihesu xpi. Accedo infirmus ad medicam vite. immundus ad fontem misericordie: cecus ad lumen claritatis eterne. egenus ad dominum celi et terre. nudus ad regem glorie. Rogo ergo tua clementia quatenus mea dignetis curare infirmitatem. lauare sordidatem. illuminare cecitatem. ditare paupertatem. vestire nuditatem. vt ipsum panem angelorum te regem regum. et dñm dominantium tanta reuerentia et honore. tali timore et amore. tanta fide puritate et deuotione. nec non tali proposito et humilitate sumere merear. sicut decet imperiosum et magnificum nomen tuum. et ex

tantis